



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Fledericvs Confessor Vluderzele in Territorio Alostano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## FLEDERICVS CONFESSOR

*Vlinderzele in Territorio Aloftano.*

**N**Atione Franciscus parentibus Christianis natus Pastoris seu parochi munus obiit Vlinderzele apud Flā-<sup>13. Sept.</sup> dros in agro Aloftano, quod professus est in baptismo, ait Molanus, ab ineunte ætate obseruauit litterarum ac virtutum studio adolescentiam insumpsit, in Sacerdotum ordinem astutus, vbi Pastor fuit pietatem & suam doctrinam subditis instillauit. Fertur autem primitias sacerdotij celebrans obtinuisse ranarum eum turbantium silentium. Festos dies incipiebat pridie ab hora duodecima (quod etiam à Scotis obseruari à Sabbati meridie auctor est Hector Deydonanus) inter alias virtutes multum studuit pacificandis discordibus. Cum autem ad senectam bonam peruenisset, virtutibus & miraculis clarus, spiritum suum quem pro grege & pro ecclesia laboribus exhauserat, Deo lætus reddidit. In honorem eius officium istud dicitur in altari nomini eius sacro missa & annua supplicatio celebratur.

## FLANDRI MARTYRES

*Olyssippone.*

**A**Nno 1147. naualis Dei exercitus ex Anglia, Flā-<sup>18. Oct.</sup> adria, atque Lotharingia collectus 11. Idus Aprilis de Tredemunde portu Angliæ cum ducentis fere nauibus profectus 14. Kal. Iulij in vigilia Apostolorum Vlixibonam applicuit: & eam post quatuor mensium obsidionem per multas cædes, & multam macerationem, Dei

I 3

virtute